

S. Eucharistiam, Missae celebrationem etc. A causis sacramentalibus excipiuntur:

1. res doctrinales;
2. quoad matrimonium privilegium Paulinum, matrimonia mixta, et impedimentum disparitatis cultus;
3. ritus in sacramentis ministrandis et recipiendis servandi.

IV. Congregatio Concilii ea tractat quae ad universam disciplinam Cleri saecularis populiue christiani referuntur: ad praecepta Ecclesiae eorumque relaxationem [exceptis iis quae Sacramenta spectant], quae ad parochos et canonicos attinent, ad pias Sodalitates et uniones, ad pia legata, stipendia Missarum, beneficia ecclesiastica, eccl. bona, celebrationem et recognitionem Conciliorum et similia etc.

V. Congregatio negotiis religiosorum sodalium praeposita [vel: S. Congregatio de Religiosis] sibi vindicat causas quae religiosos utriusque sexus, etiam quae viventes sine votis in communitate vitam religiosam, quae tertios ordines saeculares attinent; idque sive res agatur inter religiosos, sive inter eos et alios.

VI. Congregatio de Prop. Fide iurisdictionem exercet in regiones ubi ecclesiastica hierarchia nondum constituta est, aut ubi constituta quidem est, at inchoatum aliquid prae se fert, et pro iis qui ei subsunt, locum tenet omnium Congregationum. Verum ipsa eas res quae ad fidem, aut ad matrimonium, sacrosve ritus pertinent, cum aliis S. Congregationibus communicare debet. — Quoad religiosos spectat qua missionarios, haec S. Congregatio de Prop. Fide iudicat; quod eos spectat qua religiosos, Congregatio religiosorum negotiis praeposita. S. Congregatio de Pr. F. unitam sibi habet Congregationem pro negotiis Rituum Orientalium, cui integra tamen iura sua manent. — Ei non amplius subiacent: Anglia, Scotia, Hibernia, Hollandia, dioecesis Luxemburgensis, Canada, Status Uniti Americae septent. Subiciuntur autem reliquae regiones quae ei subiectae erant, atque omnes Vicariatus Apost., Praefecturae, Missiones quae hucusque Congregationi a Negotiis ecclesiasticis extraordinariis suberant.

VII. S. Congregatio Indicis praeter officium consuetum, accipit etiam officium inquirendi, qua opportuniore licebit via, si quae in vulgus edantur scripta damnanda.

VIII. Congregatio Sacrorum Rituum;

IX. Congregatio caeremonialis;

X. Congregatio pro negotiis ecclesiasticis extraordinariis;

XI. Congregatio studiorum: quorum munera facile intelliguntur.

XII. Praeter Congregationes existunt, ut *Tribunalia*: a) S. Poenitentiaria pro solis rebus fori interni, etiam non sacramentalis. Verum pro dispensationibus matrimonialibus fori externi in forma pauperum, vel pro pauperibus recurrendum est ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum; b) S. Rota Romana, cui causae, sive matrimoniales, sive aliae, non maiores, si iudicialiter seu contentiose tractantur, spectant. c) Res quae spectant ad S. Officium, si in foro interno tractanda sunt, ad S. Poenitentiarium [tectis seu fictis sub nominibus deferuntur, ut antea. d) Reliqua « *Officia* » quae vocantur praetermittere licebit, quia confessarius vel Parochus vix ad ea recursum habiturus est.

#### DOCUMENTUM IV

Quando, juxta SS. D. N. Pii PP. X Constit.

*Divino affatu*, [Kal. nov. 1911], *Defunctorum Missae prohibeantur*

[Cfr. pag. 296, n. 253].

I. Missa Solemnis vel cum cantu *die vel pro die obitus*, aut *depositionis*, praesente, insepulto, vel etiam sepulto, non ultra biduum, cadavere, prohibetur:

1. in Festis Nativit., Epiph., Pasch. Ascens., Pentecostes, SS. Trinit. et Corp. Chr., Imm. Conc., Annunt. et Assumpt. B. M. V., Nativ. S. Ioannis Bapt., Commem. et Solemn. S. Ioseph, Ss. App. Petri et Pauli, Omn. Ss., Patroni Loci, Dedicat., ac. Tit. Eccl.

2. ultimo triduo Maior. Hebd.;

3. durante exposit. sol. SS. Sacramenti;

4. diebus Dominicis ac Festivis, etiam suppressis, nec non diebus S. Marci et Rogationum, si fiat Processio, in Ecclesiis Parochialibus unam tantum Missam habentibus.

5. Si haec Missa praefatis diebus sit impedita, cantari potest pro prima tantum vice post obitum, vel eius acceptum nuntium, prima die libera a Festis duplicibus I. aut II. classis, et a Dominicis vel Festivis de praecepto, etiam suppressis: prohibetur tamen:

a) in vigiliis Nativitatis et Pentecostes;

b) infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi;

c) Feria IV Cinerum;

d) tota Maiori Hebdomada.

Pro paupere defuncto permittitur Missa esequialis lecta, sub iisdem clausulis et conditionibus, quibus praefata Missa cum cantu conceditur.

II. Missa Solemnis vel cum cantu *die III, VII, XXX, et Anniversaria* ab obitu, aut *depositione*, vel alio die a testatoribus determinata, prohibetur:

1. in Dominicis et Festis de praecepto;
2. in duplicibus I. et II. classis;
3. in Vigiliis Nativitatis et Pentecostes;
4. infra Octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschalis, Pentecostes et Corporis Christi;

5. Feria IV Cinerum;

6. tota Maiori Hebdomada;

7. durante expositione sol. SS. Sacramenti;

8. diebus Rogationum, si fiat Processio, in Ecclesiis Parochialibus unam tantum Missam habentibus.

9. Si haec Missa praefatis diebus sit impedita, anticipari, vel transferri potest ad primam diem a praedictis impedimentis liberam.

10. In duplicibus minoribus, exceptis diebus supra memoratis, celebrari possunt Anniversaria late sumpta [quamvis a die obitus non sint] quae a Capitulis, Communitatibus, Confraternitatibus, aliisque piis Societatibus pro Confratribus defunctis semel in anno solent celebrari. Item infra Octavam omnium Fidelium Defunctorum Anniversaria late sumpta pro fidelium pietate celebrari possunt.

III. Missae privatae Defunctorum die vel pro die obitus, aut depositionis, praesente, insepulto, vel etiam sepulto, non ultra biduum cadavere, prohibentur:

1. in duplicibus I. classis;

2. in Dominicis et Festis de praecepto, etiam suppressis;

3. in Vigiliis Nativitatis et Pentecostes;

4. die Octava Epiphania et Corporis Christi;

5. infra Octavas Paschatis et Pentecostes;

6. Feria IV Cinerum;

7. tota Maiori Hebdomada;

8. durante expositione sol. SS. Sacramenti. Ad rem:

a) Huiusmodi Missae privatae nequeunt celebrari sine applicatione pro defuncto, cuius cadaver sit physice vel moraliter praesens; item

non permittitur in Ecclesiis aut Oratoriis publicis, nisi eadem die fiat illi funus cum Missa esequiali.

b) Quoad Oratoria privata Missae legi possunt *de Requie* omnibus et singulis diebus superius non exceptis, ab obitu usque ad sepulturam, dummodo cadaver sit adhuc physice praesens in domo.

c) Quoad vero Ecclesias vel publica Oratoria Seminariorum, vel Collegiorum et Religiosarum Communitatum, Missae privatae legi possunt semel tantum, in una ex tribus diebus ab obitu, usque ad sepulturam decurrentibus.

VI. Aliae Missae Votivae pro Defunctis sive solennes, sive privatae, prohibentur:

1. in Dominicis quibuscumque;

2. in Festis ritus duplicis;

3. infra Octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi;

4. toto quadragesimali tempore, excepta in unaquaque hebdomada prima die libera a festo ritus duplicis;

5. in feriis IV. Temporum;

6. in feria II. Rogationum;

7. in Vigiliis;

8. durante expositione sol. SS. Sacramenti;

9. diebus Rogationum, si fiat Processio in Ecclesiis unam tantum Missam habentibus.

VI. In Ecclesiis vel Sacellis *sepulchreti* Missae de Requie quocumque die dici possunt, exceptis tantum:

1. Festis duplicibus I. aut II. classis;

2. Dominicis ac Festis de praecepto;

3. Feriis, Vigiliis et Octavis privilegiatis.

## DOCUMENTUM V

Baptismi regestum ad mentem decreti *Ne temere* [2 aug. 1907]  
ac S. C. Sac. declarat. [8 mart. 1911] digestum.  
[Cfr. pag. 308, n. 260].

N. <sup>1</sup> =====	Anno Dni milles. nongentesimo; die_____ mens_____ ann_____	Confirmat. die_____
	Sac_____ Ecclesiae_____ in	1 <sup>a</sup> Comm. die_____
Ann. =====	_____ provinciae_____ dioe-	Statim ac matrimonim
Num. <sup>2</sup> =====	_____ baptizavit infantem <sup>3</sup> [vel	iniverit, inibi adno-
	coeremonias supplevit supra infan-	tetur <sup>7</sup> :
	tem, quum ob mortis periculum domi	Die _____
	rite baptizasset _____ <sup>4</sup> ]	mens. ann. _____
	die_____ mense_____ anno_____	in _____
	natum <sup>5</sup> die_____ hora_____ mense_____	coram _____
	anno_____ ex <sup>6</sup> _____ atque	rite contraxit ma-
	ex_____ filia_____ et_____	trimonium cum_____
	nuptis ann_____ die_____ mens	_____ filio, vel
	_____ in Paroecia_____, de-	filia_____ N. N.
	gentibus in hac paroecia, cui impo-	pag. vel civitat_____
	situm nomen est_____ Pa-	dioecesis _____
	trinus_____ fil_____ ex Paroecia	provinc_____
	_____ ; matrina _____	Nationis _____
	fil_____ ex Paroecia_____	uti ex document.
	Observanda _____	fasciculi n. _____ ad
		n. _____ in Archivio
		Asservat _____

Subsignationes <sup>8</sup>:

Patrinus et Matrina

Parochus

L ☩ S

<sup>1</sup> Numerus generalis totius regesti.<sup>2</sup> Numerus peculiaris in anno baptizatorum.<sup>3</sup> Si infans ab obstetrice vel alia persona baptizatus fuerit, verba *baptizavit infantem* vel quae infra parentheses habentur, annullantur.<sup>4</sup> Nomen ac cognomen personae quae domi infantem baptizavit.<sup>5</sup> Si infans exponitur, tunc loco *natum*, ponatur *expositum*, et in observandis nomen, cognomen ac paternitas personae

quae baptismum postulaverit, si constet, adnotetur.

<sup>6</sup> Si de illegitimo agatur, si ejus matrem agnoscat, et haec concedat, nomen ipsius ponetur: patris vero illud tunc tantum indigitandum cum ex legali declaratione vel scripta [in Archivio custodienda] uti proprium neo-baptizatum recognoverit.<sup>7</sup> Decret. *Ne temere* § 2; S. C. Sac. 8 mart. 1911.<sup>8</sup> In extenso.

## DOCUMENTUM VI

Testimonium confirmandis praebendum.

[Cfr. pag. 318, n. 262].

Dioecesis\_\_\_\_\_ Paroecia S. \_\_\_\_\_ in\_\_\_\_\_.

Ego infrascriptus Parochus S. \_\_\_\_\_ in pago, vel civitate  
\_\_\_\_\_ testor, N. N. \_\_\_\_\_ filium \_\_\_\_\_

et \_\_\_\_\_ ortum die\_\_\_\_\_ mense\_\_\_\_\_ ann\_\_\_\_\_ et do-  
micilium in hac paroecia habentem ad S. Confirmationis sacramentum  
rite instructum esse.

Patrinus vel matrina \_\_\_\_\_

filius \_\_\_\_\_ et \_\_\_\_\_ Paroeciae \_\_\_\_\_

Datum \_\_\_\_\_ die\_\_\_\_\_ mens\_\_\_\_\_ ann\_\_\_\_\_.

L ☩ S

Parochus S. \_\_\_\_\_ in \_\_\_\_\_

## DOCUMENTUM VII

Pardygma pro Confirmatorum regesto.

[Cfr. pag. 308, n. 360].

Anno Dni \_\_\_\_\_ mense\_\_\_\_\_ die\_\_\_\_\_ in Ecclesia \_\_\_\_\_, ex  
Rmi Episcopi \_\_\_\_\_ manibus, Confirmationis sa-  
cramentum susceperunt:

Numerus progressions	Confirmatorum:					Patrini ac matrinae:		
	Nomen ac Cogno- men	Parentes	Nativitatis		Domici- lium	Cogno- men ac Nomen	Parentes	Paroeciae Domici- lium
			Tempus	Locus				
1								
2								
3								
4								
5								

## DOCUMENTUM VIII.

**Sacramentalis Confessionis Schedula.**


[Pag. 378, n. 334].

Ego infrascriptus testor me audivisse in Sacro Poenitentiae tribunali.

N. \_\_\_\_\_ N. \_\_\_\_\_.

In quorum fide me subsigno.

Datum \_\_\_\_\_ die \_\_\_\_\_ mens \_\_\_\_\_ a \_\_\_\_\_

*Subsignatio*

## DOCUMENTUM IX.

**\* Facultas celebrandi in navi.**

[Cfr. pag. 380, n. 336].

NUM. \_\_\_\_\_

BEATISSIME PATER,

\_\_\_\_\_ sacerdos dioecesis  
 \_\_\_\_\_ ad pedes Sanctitatis Vestrae  
 provolutus, humiliter implorat facultatem Missam in navi celebrandi

Die \_\_\_\_\_ Sacra Congregatio de  
 disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a SSmo Dno Nostro  
 Pio Papa X tributarum, attentis expositis, benigne indulget ut orator,  
 suprascripto perdurante itinere, singulis diebus Sacrum in navi peragere  
 valeat, dummodo locus ad id delectus nihil indecens aut indecorum  
 praesferat, mare sit adeo tranquillum ut quodcumque abs t periculum  
 effusionis sacrarum specierum e calice, et alter sacerdos, si adsit, super-  
 pelliceo indutus, eidem celebranti adsistat: contrariis quibuscumque  
 minime obstantibus.

## DOCUMENTUM X.

**\* Indultum celebrationis Missae in oratorio privato  
Feria V in Coena Domini.**

[Cfr. pag. 380, n. 332].

NUM. \_\_\_\_\_

BEATISSIME PATER,

\_\_\_\_\_

\_\_\_\_\_

*ad pedes S. V. humillime provolut \_\_\_\_\_ facultatem implora \_\_\_\_\_ qua in  
 suo privato oratorio sacrosanctum Missae Sacrificium Feria V in Coena  
 Domini celebrari queat, cum facultate pro personis indultariis ad sacram  
 Synaxim accedendi.*

Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore facultatum  
 sibi a Sanctissimo Dno Nostro \_\_\_\_\_ tributarum  
 attent \_\_\_\_\_  
 suprascriptas preces benigne remittit \_\_\_\_\_  
 ut pro suo arbitrio et conscientia permittat in dicto oratorio ad proxi-  
 mum \_\_\_\_\_ sacrosanctum Missae Sacrificium celebrari  
 Feria V in Coena Domini, cum facultate pro \_\_\_\_\_  
 accedendi ad Sacram Synaxim, etiam in praecepti Paschalis adimple-  
 mentum, praevio respectivi Parochi consensu. Contrariis non obstantibus  
 quibuscumque.

Datum Romae ex aedibus eiusdem S. Congregationis, die \_\_\_\_\_

## DOCUMENTUM XI

## \* Indultum Missae votivae.

[Cfr. pag. 382, ad III].

NUM.....

BEATISSIME PATER,

*sacerdos e dioecesi*  
*humiliter postulat a Sanctitate Vestra indultum celebrandi quotidie Missam votivam B. Mariae V. vel aliam votivam aut defunctorum, quum Missam a canonicis regulis praescriptam legere*

Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore facultatum a SSmo D. N. Pio Papa X sibi tributarum, attenta Ordinarii commendatione, eidem Ordinario committit ut, constito de veritate expositorum et de legitima necessitatis causa, et cauto ne exinde ullum oriatur scandalum, pro suo arbitrio et conscientia oratori indulgeat gratiam

..... legendi diebus festis et duplicibus Missam votivam B. Mariae V. vel aliam Missam votivam a S. Sede adprobatam, diebus vero ferialibus Missam defunctorum

Praesentibus valituris durante causa de qua in precibus.  
 Datum Romae ex aedibus eiusdem S. Congregationis, die .....

## DOCUMENTUM XII

Quando, juxta nuperrimam SS. D. N. Pii PP. X  
 Constit. *Divino affatu* [Kal. nov. 1911], Missae votivae prohibentur  
 [Cfr. pag. 382, ad III].

I. Missae Votivae privatae legi possunt arbitrio Sacerdotum, quandocumque officium non est duplex, aut Dominica: prohibentur tamen:

1. infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi;
2. toto tempore quadragesimali;
3. in feriis IV Temporum;
4. in feria II. Rogationum;
5. in Vigiliis;
6. in commemoratione omnium Fidelium Defunctorum;
7. diebus Rogationum, si fiat Processio, in Ecclesiis unam tantum Missam habentibus.

Haec Missa Votiva dici potest de quolibet relato in Sanctorum Canonem, nempe de quolibet Sancto cuius memoria fit in Breviario aut in Martyrologio: dici vero non potest de Beatis, illis exceptis, de quibus Officium concessum est; nec de Tempore; nec de Mysteriis, si modo excipias Missas de Trinitate, de Spiritu Sacto, de SS. Sacramento, de S. Corde Iesu, de Cruce et de Passione.

Quoad Missas Votivas B. M. V. legi tantum potest una ex quinque quae habentur in Missali, iuxta temporum qualitatem, itemque Missa VII Dolorum B. Mariae Virginis et Missa de Immaculata Conceptione.

Missa votiva de Sanctis sumitur de Communi, nisi habeatur propria, mutatis tamen in utroque casu mutandis, prout temporis qualitas exigit.

II. Missa Votiva de S. Corde Iesu quam licet celebrare prima cuiusvis mensis Feria VI in Ecclesiis et Oratoriis, ubi peculiaria exercitia pietatis in honorem Divini Cordis mane peraguntur, prohibetur:

1. in Festis Domini;
2. in Festo Purificationis B. M. V.;
3. in duplicibus I. classis;
4. in Vigilia Epiphaniae;
5. Feria VI in Parasceve;

6. infra Octavas Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi;

7. in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum;

8. diebus festis, etiam suppressis, in Ecclesiis Parochialibus unam tantum Missam habentibus.

Haec Missa celebratur cum unica Oratione, *Gloria et Credo*: ad Introitum vero, Offertorium et Communionem *Alleluia*, extra Tempus Paschales, omittuntur.

III. Missa Votiva pro Sponsis tempore, quo Nuptiarum Solemnitas permittitur, nempe ab Epiphania ad Feriam IV Cinerum et ab Octava Paschalis ad primam Dominicam Adventus exclusive, prohibetur:

1. diebus Dominicis et festivis;

2. in duplicibus 1. et 2. classis;

3. in Vigilia Pentecostes;

4. infra Octavas Epiphaniae, Pentecostes et Corporis Christi;

5. in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum;

6. diebus Rogationum, si fiat Processio, in Ecclesiis Parochialibus unam tantum Missam habentibus.

Haec Missa dicitur sine *Gloria* et sine *Credo*, cum *Benedicamus Dño*, in fine et Evangelio S. Ioannis. Tres dicuntur orationes: si vero celebretur in Festo ritus duplicis, fiunt tantum commemorationes occurrentes et omittitur tertia oratio de tempore.

Diebus, ut supra, impeditis legitur Missa de die cum commemoratione pro Sponsis post orationes a Rubrica praescriptas; ac post *Pater noster* et ante Benedictionem Orationes praefatae missae propriae recitantur.

IV. Missa in Oratoris Privatis in qua Celebrans uti debet Calendario proprio, secluso speciali privilegio prohibetur:

1. in Solemnitatibus Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis et Pentecostes;

2. in Festis Annunciationis, Assumptionis et Immaculatae Conceptionis B. M. V.;

3. in Commemoratione et in Solemnitate S. Ioseph;

4. in Festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli;

5. in Festo omnium Sanctorum;

6. in Dominica, in quam transfertur Solemnitas externa Patroni principalis Loci;

7. in triduo Maioris Hebdomadae.

## DOCUMENTUM XIII

\* Indultum celebrationis trium Missarum in nocte natali D. N. I. C.

[Cfr. pag. 383, n. 338].

NUM. \_\_\_\_\_

BEATISSIME PATER,

\_\_\_\_\_

\_\_\_\_\_

\_\_\_\_\_ *suppliciter postula* \_\_\_\_\_ *a Sanctitate Vestra ut in sacratissima nocte natali D. N. I. tres Missae celebrari possint in* \_\_\_\_\_ *cum facultate pro adstantibus ut ad S. Synaxim accedere queant.*

Sacra Congregatio de disciplina Sacramentorum, vigore facultatum a SSmo D. N. Pio Papa X sibi tributarum, attent \_\_\_\_\_ benigne committit \_\_\_\_\_ ut gratiam indulgeat iuxta petita, cauto ne \_\_\_\_\_ aliquod inconueniens exinde oriatur, et debita divinis mysteriis reverentia ab omnibus praestetur, atque ut tres Missae ab uno eodemque sacerdote ea nocte celebrentur.

Praesentibus valituris \_\_\_\_\_

Datum Romae ex aedibus eiusdem S. Congregationis, die \_\_\_\_\_